

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Kleinschmidt

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Kleinschmid,
I.U.D. & P. Ad Exequias quas ... Viro Henrico von Münster/ Civi Reipub:
Rostochiensis primario moestissima vidua hodie ... paraas cupit, Academiae
cives omnes ac singulos invitat**

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770493157>

Druck Freier  Zugang



Kleinschmid, J.,

in

H. v. Münster.

Rostock, 1638.

4.

PROGRAMMA

Quo

Rector Universitatis Rosto-
chiensis

JOHANNES KLEIN-
SCHMID, J. U. D. &

AD EXEQUIAS

quas

HONESTISSIMO VIXI



HENRICO
von Münster/

Civi Reipub: Rostochiensis pri-
mario mœstissima vidua hodie hora
prima in templo Mariano paratas
cupit,
*Academia cives omnes ac singulos
invitat.*

ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typograph.

ANNO M DC XXXVII

#

АММАЯДОЛ

10

Regio Universitatis Rofeo

卷之三

JOHANNES KLEIN

SCHMIDT U.D. 8

ІЗДАВАНИЯ СА

25

ΟΝΟΜΙΣΤΑΣ ΟΚΥ

СОЛЯНКА

Videlicet nec

Civileibap; Rofocephalus; pri-

1605 in Jacobo Gherardi's

卷之四

releguntur in scriptis iustis punitis
intempi

卷之三

HISTOIRE

Digitized by srujanika@gmail.com

ANNEA SUM. 97%



N hesterno funere vidi-
mus Democritum risu excipien-
tem res humanas, & earum
vanitatem: non minori admi-
ratione dignus est alter ille E-
phesius Heraclitus, qui contra-
rium institutum secutus, nun-
quam nisi flens in publicum pro-
cessisse visus fuit, ut perhibent.
Flendo nimurum sapientiam,

juam prodidit, & lachrymis omni oratione efficacius eloqui-
mus est, longè miserrimam esse vitam nostram, & infinitis ca-
lamiticibus septum undig, ac circumfusam. Hoc ita esse, te-
stis est experientia, que nos luctu cito lassari posse docet,
quam lugendi materia destinata; testis est Vir Spectabilis & In-
tegerissimus Dn. HENRICUS von Münster / cui non so-
lum ultimus ille dies, quo hanc vitam conclusit, sed ferè o-
mnes reliqui antecedentes plus aloës & fellis, quam mellis tur-
lerunt, ita ut merito potuerit quasi propriū sibi & convenien-
tissimum pronunciare, quod Poëta ait in Thyeste. Nulla sors
longa est; dolor ac voluptas, In vicem cedunt, brevior vo-
luptas, Imo permutat brevis hora summis. Ipsa vita series
pleniorem huic testimonio fidem adstructa. Natus est vero
bac in urbe Anno 1599. Die 13. Martij, nec solus ex latebris
uteri materni prodijt, sed fratrem non toto semiquadrante
hora antecessit, qui secutus quidem est antecedentem ē vesti-
gio, sed vitam pie ab tam, ultra annum etatis undecimum non
produxit, nomen ei JOANNES erat. Hi ergo Gemelli,
ut nati erant una, ita etiam renati, & simul Christo, & Chri-

A 2

stiana

stiana Ecclesia inserti sunt. Pater ei fuit HENRICUS von
Münster. Vir & civis hujus urbis primarius, templi Ma-
ni prefectus, nemini hac in urbe non cognitus, nec ita pridem
Anno videlicet 1636. die 12 Februarij piè defundus. Ma-
ter MARGARETA SUCHTINGES, Matrona pia, &
proba, qua ex hac vita discessit s. Novemb. Anno 1633. ita ne
maritus, uxorem praecedentem, & hanc matrem patremq; fi-
lius HENRICUS fuerit secutus, intra unum quinquennium.
Avus paternus, itidem filio & nepote cognominis HEINRICH
von Münster fuit. Avus maternus JOHAN SUCHTING.
Avia paterna, ANNA Wedenhoffes / ex vecusta familia
Wedenhoforum: Avia denig. materna ELISABETHA
SVERIN. Esi vero solliciti parentes de recta filij sui edu-
catione, & institutione, nihil in se desiderari siverunt, quod
ad hanc rem faceret, ut inter eruditos olim habere locum, ac
nomen eueri posset, imitatus fratrem DN. BERNHARDUM
J. U. D. tamen occulto quedam natura ductu ad economicum
vite genus pervenit, & praecedentibus annis matrimonium
contraxit cum Lectionissima Virgine ELISABETHA SNO-
KEL S. DN. JOACHIMI civis Rostochiensis filia. Idq.
Anno 1620. circa S. Michaelis, cum qua placide ac bene vixit.
& septem ex ea liberos suscepit. Ex quibus, quod primo na-
tum est, in ipso ortu extinctum, lucem hanc non vidi, reliqui
sex ordine secuti, HENRICH, MARGARETA, AN-
NA & JOCHIM, qui accepto baptismo parum vitales, par-
tim solo triduo, partim ultra octiduum non vixerunt. Deniq.
HENRICUM alterum à DEO impetravit, qui ad annos qua-
tuor peruenit quidem, sed superare non potuit, siquidem una
cum matre, & alio, septimo videlicet partu, extinctus est,
ita ut tres isti uno funere ad sepulturam elati fuerint. Ita
igitur dirempio hoc conjugio Heraclitum accersere cum suis
lachrymis minimè opus fuit: Satis superq; lachrymarum ex-
citabat,

citabat, materia tam secunda, quas tamen anni ac temporis
abstentia benignitas, cum D E O dispensante ad secundum con-
jugium progressus est, cum honestissima, le dignissima, virgine
CHRISTINA HALTERMANS, viri primarij ac mer-
catoris pricipui DN. **ADAMI HALTERMANS** civis
Gastorienensis filia, quod conjugium felix quidem, & jucun-
dum, primo visum fuit, sed ultra quadragesimam septima-
nam non duravit. Etsi enim primo aspectu, negotium pub-
ebrè procedere visum fuit, tamen cum propinqua partitudo
appiceret, alia omnia apparere ceperunt, ita ut post graves
uerinqꝫ exantatos labores, ipsa mater cum factu edito extin-
cta sit, & quem uero gestaverat, cum eo in eadem sandapila
ad sepulturam elata sit. Quia intum doloris alterum quoqꝫ istud
vulnus jam semel sauciato cordi attulerit, sensu, ac sermone
forte nemo assequi potest, nisi qui periculum fecerit: noster iste
ita afflictus fuit, ut nullo questu, aut planctu aut lachrymis do-
lorem suum testari satis quererit: Cum insuper animum obfr-
maret de conjugio non repeiendo, sed inviditate perpetua
constant per se verando: tamen clapsu biennio, Dcus, & pro-
pinqui, tanquam Dei providentis interpres, ac pararij, istam
animi obfirmati constantiam fregerunt, ut nuptias etiam ter-
ras non abhorret, quas cum primaria virgine **ELISABEA**
THA, Amplissimi & Prudentissimi Viri DN. **MARCI LU-**
SCOVII Senatoris, etiam nro superstis, & **REGINA**
CRAUTHOFIE, filia Anno 1637 circa primi adventus
diem solenniter celebravit: sed he quoqꝫ nupcia non ultra
quinqꝫ anni quadrantes constituerunt, qui summa quidem con-
cordia, tranquilitate & conjunctione, inter ipsos conjuges
transacti: magno quoqꝫ socii, socrusqꝫ, protubio & spe con-
cepta, fore, ut hic tam exceptatus gener ipsius iam etate penè
confectis, proscipione senectutis, & columna generu don u.g.
esset: Verum ut appareat, longè alter ista vota evenerunt,
quam

quam spes humanae promittebant, cum vir optimus morbo su-
bito corriperetur, & morte obiret repentina. Etenim ante
paucos dies, in itinere ad templum, adeo sentire cepit invaden-
tis morbi violentiam, ut amissio, quod instituerat, itinere, in a-
mici cuiusdam proximi edes divertere cogeretur, ex quibus ad
Dn. Soceri edes, non suis viribus traductus fuit. Ibi vero, li-
cet nihil non tentatum, & a peritis medicis consultum sit, ta-
men morbi vehementia, operam, diligentiam medicorum su-
peravit, ut cum ipse animadverteret finem sibi instare vienen-
di, ad Deum conversus summa animi devotione, & fide in
Christum, ejus corpus, & sanguinem, ante tres septimanas,
Dominica Esto mihi, in usu Cœne Dominicæ acceperat, non si-
ne admiratione adstantium die 21. Februarij inter 10 & 11. ve-
spertinam, pie placidè, animam servatori Christo, a quo ante
annos undequadragesima eam acceperat, reddiderit, ing. manus
Dei Spiritum suum commendarit. Habemus vitam viri
non dum quadragesimam, tantum vero erumnarum, in conju-
gio presertim experti, quantum ad Heracliti alicuius florum
sufficeret. Quid enim, anno triste, & lachrymis dignum est,
liberos gignere, & ad sepulturam efferre? idq. ipsos septem.
Anno criste, & lacu dignum est, matrem ipsam, cum duo
bus liberis existentiam, uno die condere? Anno meroe,
& plancu dignum est, alteram etiam uxorem carissimam, in
primo partu, cum ipso factu amittere, efferre, sepelire? quid
magis potuisse virum eū regos, à repetendo conjugio, & susci-
piendis liberis deterrere, quam tot cumulata carissimorum ca-
picum funera? Poeta Nioben fabulantur, cum liberos utri-
usq. sexus existentes videret, pranimio meroe in saxum la-
crymans conversam, vim doloris in materno animo voluerunt
indicare: quid nostrum hanc defunctum sensisse putamus, cum
hanc flendi, & lugendi materiam sibi toties objici videret?
Passus tamen est sibi tertium quoq. matrimonium persuaderi:
ea credo


ea credo lege, atq; omine, ut si quid in eo triste fataliter par-
tenderetur, id suo potius, quam eijus liber alterius, capit eva-
niret. Audivit hoc uatum, si uotum fuit. Deus, & virum
tot funeribus abrutum, in hujus mundi aletudinario, an spo-
liario & sepulcreto diutius lugere, & lachrymari noluit, ad
locum traduxit, ubi lacrumæ abstergentur, gaudiorum spiri-
tualium, & celestium abunde snt, nihil vero, quod immorta-
lem, & aeternam beatitudinem tollat, vel imminuat. Iis vero,
qui superstites ab eo relixi, vidua Juveni, hoc acerbissimo ca-
su afflitti, & socero sacruig, non minus marentibus, quam
si filium ex se natum amississent (ea loco generum amabant.)
quid aliud precabimur, quam ut pater omnis consolationis, eos
Spiritu S alloqui, erigere, & consolari velit, ut sibi ipsis in ani-
mum revocent, non hec sine Numine Dei ex enisse, qui cum Pa-
ter adfectorum dici velit, gaudetq; nihil in liberos suos, du-
rius consulere & statuere poterit, licet faciat interdum, quod
parentes etiam terreni solent, ut non tantum non delicate tra-
ctet liberos sibi caros, & commendatos, sed etiam clementi
quadam virgula castiget, vel umbra quoq; virga regat, atq;
in viam revocet, (equidem dubium non est, quin speraverint
hunc sibi generum divinitus darum, cuius virtute & praecep-
tia, omnes possent senectutis abstergere molestiam: sed re-
leat, tanquam melius quiddam, quod Deus voluit, ut cumq;
molestem, durum, asperum: Quidam, quibus ratio rectius con-
stare, quam cuiilibet plebeio, videatur, malant in fortunæ casiris
versari, quam deliciis, quod in illis robur, & vires colligantur,
in his, animi enerventur, moliantur. Patrem esse Deum
dicimus, paternum ergo animum gerat necesse est: certè vide-
mus aliter à patre tractari liberos, aliter à matre; ille matu-
rè ad obeunda studia liberos excori jubet, feriatis quoq; die-
bus non patitur esse otiosos, & sudorem illus, ac lachrymas
interdum excutit. At mater vult in sinu foovere, in um-
bra

bra continet, indulget, nunquam fere sicut, vel tristari, vel la-
borare. Hunc ergo Dei patrum animum agnoscamus, a quo
animo excipiamus, ut beneficium exoscalemur, & pro diuinâ
amoris indicio interpretemur: Qui nunquam non cum Spes me-
lioris, ut nos quidem arbitramur, fortuna conjunctus est; Spes-
tis infestis, metuit secundis Alteram sortem, bene prepara-
sum peccatum, Informes hyemes reducit Jupiter, idem Submovebit
non si male nunc & olim, sic eris. Ut igitur, presentem fortu-
ne adverse vulnus, participia Christiana mitigat, ita furu-
ram secundioris benevolentiam, tanto citoius provocat. Es
prioris austerioris oblivionem inducit. Quod ut mæstissima
vidua, sacerdos, affinis, hoc casu turbatis, ex animo preca-
munt, ita nostro quoq[ue] officio Christiane humanitatis, ac ci-
vilitatis deesse ijdem, neq[ue] possumus, neq[ue] debemus. Postulant à
nobis, ut frequenter nostra presentia funus prosequamor: Me-
nico hoc postulare, non suo tantum nomine, sed majorum quoq[ue]
fusorum, quorum apud nos memoria durare debet, cum durene
merita. Faciamus ergo Cives Academicí libenter, & fre-
quenter, quod siue insigni ingratitudinis nota, omittere, aut ne-
gligere non possumus, & ad horam primam in aede S. Mariae
conveniamus, mortaliatem nostram memorantes, & salutem
Reip. & in ea singulorum nostrum Deo precibus, votis, com-
mendemus. P.P. sub Sigillo Rectoratus, die penultimo
Februario, anno 1538.





ea credo lege, atq. omne, ut si quid i-
tenderetur, id suo potius, quam cuius-
niret. Audivit hoc votum, si votu-
tum funeribus obrutum, in hujus mundi
liario & sepulcreto diutius lugere, &
locum traduxit, ubi lacruma absterge-
tualium, & celestium abunde est, nim-
alem, & aeternam beatitudinem collat, &
qui superstites ab eo relitti, vidua Juve-
su afflictissima, & socero sociuig, non me-
si filium ex se natum amisissent, (eo loco
quid aliud precabimur, quam ut pater
spiritu S. alloqui, erigere, & consolari)
mum revocent, non hac sine Numine Di-
ter adfectorum dici velit, gaudetq. n-
rius consulere & statuere poterit, licet
parentes etiam terreni solent, ut non tan-
ctet liberos sibi caros, & commendato
quadam virgula castiget, vel umbra
in viam revocet, (equidem dubium no-
hunc sibi generum divinitus datum, ca-
ria, omuem possent senectutis absterge-
leat, tanquam melius quiddam, quod
molestum, durum, asperum: Quidam, q.
stare, quam cuilibet plebeio, videatur, ma-
versari, quam deliciis, quod in illis robur
in his, animi enerventur, mollientur.
dicimus, paternum ergo animum gerat-
mus aliter a patre tractari liberos, alite-
re ad obeunda studia liberos excogiri ju-
bus non patitur esse otiosos, & sudore
interdum excutit. At mater vult in-



the scale towards document

D 32

Patch Reference numbers on UTT
Scan Reference Chart Serial No.

Image Engineering

aliter por-
capiti eve-
& virum
io, an spo-
noluit, ad
rum spiri-
immorta-
lis vera,
issimo ca-
bus, quam
nabant.)
cionis, eas
sis in ani-
icum Pa-
suos, du-
im, quod
catare era-
clementi
gat, atq.
raverint
prase.
sed re-
uicung
Etius con-
tra castris
igantur,
Te Deum
rite vide-
lle matu-
uog, die-
chrymas
, in um-
bra